Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

vestra in parente in vobis ex corde in sinceritate renovamus et offeri
mus in genere quidquid possumus et valemus. Datum etc.

Littera consolatoria.

CCXCVIIII Magnifici domini mei. Inter alios viri olim Magnifici Geni
toris amici michi patris et domini obitum michi fratris litteris denota
tum amarissimo corde tuli. Sic quod me ut vos gemitus
stringunt et coartant michi dum mors amara subtraxit quem
semper mentaliter deplorabo. Exhortor me tamen et dum laudo quod
vos olim loco dicti domini mei michi in dominos reservavit quos cum
omni devotione precor ut lacrimas amodo sic restringatis quod virorum
formam videamini et habitum assumpsisse ac sic in bona voluntate
vivatis quod presentias prudentie cunctis vestris in actibus amb
uletis. Ego autem ad promotionem vestri comodi et honoris pro
mptus ero. Nec vobis deficiet umquam mei pura devotio quam
factis et non verbis poteritis experiri. Sinceritate intendo quidem
in amore quem genitori vestro ferebam. Bonon. XX. Novembris.

CCC Magnifici domini mei. Obitus viri magnifici genitoris
et domini mei singularissimi vestris michi litteris indicatus sic me
transfixit in intimis quod meis ab oculis magnum eduxit flumen
lacrimarum et cordis mei penetralia incredibili amaritudine per
foravit. Decessit quidem michi pater et dominus quem lugemus ad
huc vobis et michi facta poterunt consummare. Lugebo cum me
te continue et meis semper obitus iste in precordiis remanescet.
Et vere nisi dolorem hunc ratione gravitatis mitigarem in me
vulnus insanabile generaret. Verum ne admiranti (?) volun
tate distendam, que mortuos lugere vetat et prohibet, me
solor in Christo cum eius ordinatione cum viventibus et ventu
ris seculum et preteritis et cunctis in genere semel esse statuit mo
riendum. Vos dignemini prudentissime conformare momentum (?)
comprimendo luctum. Non enim est genitor vester extinctus sed per
famam illustrissimam meritorum vivet etiam in memoria singulorum,
vestigia cuius velitis hoc oro in singulis vestris operationibus
imitari. Maximum reliquit vobis debitum exolvendum si per
habebitis semitam ambulare et eius finisse maiores virtute
putet estis sanguine universis ostendere disponetis. Restat ut in se
no amore semper ut in utero uno fuistis unati et pro filiis
continue et non voluntates inuitas (?) vestris vos actionibus con
ducatis. Modi isti vestrum dominum exhabunt. Ego autem consilio et
omnibus cum viribus ad omnia que statum vestrum respiciunt et con
cernunt ut verus servitor vester vobis semper assistam et omnes vestros
honores pro posse tractabo et procurare curabo tamquam ille qui suc
cedere volo in dilectione vobiscum et amore quem michi idem vester
Genitor deferebat. Vestrum in fine supplico ut de me tamquam de re.

79v